



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

XLII. Markgraf Ludwig verleiht die Münze zu Brandenburg auf 6 Jahre an Albert Bringenkuh und Nicolaus Beckerer und demnächst an Hildebrand und Johann Weinhaus, am 21. Juli 1333.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

dominis nostris Henrico preposito, Geuerardo*) priori totique capitulo dicte nostre ecclesie ad ipsorum consolationem duo talenta denariorum Brandenburgensium bone monete in piscatura nostra Obule citra Prifcerwe perpetuis temporibus possidenda, velut discretus vir, dominus Hinricus, plebanus in Levenberg, a nobis nostrisque predecesoribus multis temporibus pacifice jam tenebat, ita ut dicti domini nostri summe misse in monte Brand. in crastino Pasce intersint, unde ipsis decem solidi, et in nativitate beate Marie, unde ipsis viginti solidi loco consolationis ministrantur, et quod festum beate Dorothee, virginis ac martyris, cum omni devotione et sollempnitate jugiter peragant, in vesperis decantantes reponforium: Surge, virgo, dicentes propriam collectam suam: Omnipotens, sempiternus deus, unde ipsis decem solidi ministrantur. Ut autem hec donatio nostra incontaminata perpetuis temporibus perseveret et illesa, presentem litteram memorato nostro capitulo de vera nostri scientia tradi mandavimus nostri sigilli munimine solidatam. Datum et actum Scrapftorp anno M.º CCC.º XXXI.º. Kal. Maji.

Vns dem Ältern Copiarlo.

XLII. Markgraf Ludwig verleiht die Münze zu Brandenburg auf 6 Jahr an Albert Bringencuh und an Hildebrand und Nicolaus Beckerer und demnächst an Hildebrand und Johann Weinhaus, am 21. Juli 1333.

Anno eodem in Berlin, feria quarta ante Jacobi. Exposuimus locauimus et contulimus prudentibus viris et discretis alberto dicto Bringencu, Hiltprando et Nycolao dictis Bekerer eorumque veris et legitimis heredibus monetam nostram in Brandinburg cum vniuersis suis pertinentiis, commodis, libertatibus et honoribus, a festo beati Jacobi proxime venientis per sex annos continuos sub modis conditionibus et gratiis, quibus dictam monetam ceteri monetarii dictorum predecesores tenuerunt rexerunt et possederunt, regendam seu tenendam sine impedimento quolibet, quiete et pacifice possidendam. Testes huius sunt albertus humel de Liechtenberg, Diepoldus Güzze, Dietericus de Zikow. Anno die et loco in eodem Contulimus Hildebrando et Johanni patruo suo dictis winhus et eorum heredibus monetam in Brandinburg cum omnibus suis pertinentiis iuribus commodis libertatibus et honoribus elapsis sex annis, quibus ipsam monetam predictis alberto dicto Bringencu, Hiltprando et Nycolao dictis Bekerer exposuimus pacifice possidendam per sex annos continuos et habendam, Testes sunt milites prenominati.

Nach einem Copialbuche I. C. 4 in quart. Abth. 3 des Geh. Kab.-Archives. — Gercken's Cod. II, 532. 533.

XLIII. Markgraf Ludwig verleiht an Arnold Fischzöllner den Zoll in der Stadt Brandenburg, am 14. August 1333.

Anno eodem Sabato ante assumptionem beate virginis, contulimus theloneum ciuitatis nostre Brandenburg cum suis pertinenciis et iuribus Arnoldo dicto Vischetolner et suis veris heredi-

*) Der Name steht in der Copie, worin statt dessen „generalis“ gelesen ist.